ſubam capitolis et firmitatem; aut preſcriptio de re inmobili.
in uſucapio de re mobili. res quoque incorporales. ut eſt ſeruitus
et acquiritur et tollitur preſcriptione. unde illud quod uulgare
commune eſt. et omnis actio tollitur preſcriptione .xxx. uel .xl. an. ut
C. de preſcriptione .xxx. uel .xl. an ſicut in rem. Sunt tamen quedam
res que non poſſunt preſcribi ut liberi homines uel quod ei coheret. ut .xvi.
q. iii. licinter. et .i. de preſcript. c. ult. ſic et publice functiones
ut .xvi. q. iii. § poſt. uer. ſi. Quedam etiam res a quibuſ
dam preſcribi non poſſunt. ut decime a laicis. ut .xvi. q. iii. §
poſt. Sil. eccleſie premicie et oblationes a laicis preſcribi non poſſunt. quia
que nullo iure a laicis poſſunt poſſideri nullo iure poſſunt a lai
cis preſcribi. hec autem non poſſunt a laico poſſideri ullo iure. ut .xvi.
q. ii. c. i. ult. et q. vii. decimas quas iuſ. Species preſcripti
onis multe ſunt. eſt enim preſcriptio .x. dierum que currit contra appellantem
ut .ii. q. vi. anno eſt etiam .vi. menſium ut in redibitoria
actione. ut ff. de redibi. ſuu. § ii. eſt et unius anni ut que obicitur
actioni iniuriarum. ut C. de iniuriis l. contra ciui. Item eſt preſcrip
tio biennii ſicut de immu pec. ut C. de in mu pec. In ceteris
bus ſic et illa que obruitur non per conſequenti appellatione. ut .i.
de appellatione cum ſit. et .ii. q. vi. § tempus. et ſi quis appel
lat. eſt et preſcriptio triennii. ut .i. e. c. i. et eſt quadriennii que
currit pro fiſco et contra fiſcum. ut .xvi. q. iii. § poſt. eſt et .xxx.
uel .xl. an de quibus precipue in canonibus tractatur. Exi
gitur autem ad conplendam preſcriptionem continuata poſſeſſionis ne
uidelicet ſit interrupta. ut .xvi. q. iii. per ſingulas quoque. In
terrumpitur autem duobus modis. ſcilicet ſi ciuiliter uel naturaliter. ciuiliter
autem tribus modis per libellum principis datum et hec ualet in
omnibus actionibus. ut C. de preſcrip. quando libellus prin. da. l. i. et ii.
Item fit per querelam iudici factam et ſecutam rei conuentionem. hec ua
let in omnibus actionibus. ut C. de preſcrip. xxx. an. ſicut in re. Item
fit per litteras. contra hec omnibus ualet. ut de preſcrip. xxx. uel .xl. an. l.
ult. Naturalis interruptio eſt quando res que eſt in cauſa preſcriptionis
medio tempore ab alio poſſidetur. hec in omnibus ualet actionibus. ut ff. de

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.9, 14v – Bernardus Papiensis, Summa decretalium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-f8bw/5148/49267)